



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LXIII. Constitutiones Apostolicæ, & præsertim Clementis VII. &
aliorum Antecessorum de extendendis confensibus in libris Cameræ infra
15. dies à die missæ, nunquid per non usum aut contrarium ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Et ex his Domini resolverunt contra Capitulum & Canonicos. Vtum, quia apponebatur d. Motum proprium Pauli III. fel. mem. non esse in forma probanti, dictum fuit, quod super hoc particulariter videretur.

DECISIO LXIII.

Constitutiones Apostolicæ, & præsertim Clementis VII. & aliorum Antecessorum de extendendis consensibus in libris Camerae infra 15. dies à die missæ, nunquid per non usum aut contrarium usum sublata dicantur, accedente præsertim tacito consensu Papæ.

REVERENDISS. P.D. DAMASCENO.

Conchen. Beneficiæ

Decisio 356.
par. 1. recent.

Luna 14. Novembris 1611.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| <p>1 Constitutiones Clementis VII. & aliorum Pontificum de extendendis consensibus in libris Camerae infra 15. dies à die missæ, non sunt in usu, nisi primò & sequentibus.</p> <p>2 Constitutionis non usus debet probari in specie, & concludenter, quod super non usu fuerit aliàs iudicatum.</p> <p>4 Stylus difformis an, & quando sit attendendus, ut consuetudinem in-</p> | <p>ducat.</p> <p>6 Constitutio, non est novam, quod servetur in aliqua parte, & in alia parte in consuetudinem abeat.</p> <p>7 Constitutio Apostolica, & illius validitas per non usum, vel per contrarium usum minimè tollitur, declaratur num. 2.</p> <p>8 Cancellaria Apostolica dicitur organum Papæ.</p> |
|---|---|

Scion-

Scientia Papa, imò & consensus infer-
tur & presumitur ex scientiâ suo-
rum officialium, & præsertim Can-
cellaria Apostolica.

9 Error communitis excusat à poena.
10 Poena est amittere jus suum.

11 Jus dicitur quesitum per solam legem
tam Papa & etiam non expressis
teris.

12 Litterarum Apostolicarum extensio
& extensio consensus non fit ad ju-
stantiam gratia, sed ad probationem

Dubitavi, an constitutiones felicis recordationis Clementis VII. & aliorum
Antecessorum de extendendis consensibus in libris Camerae infra 15 dies
die Missæ obstatent Gregorio, qui illas non observavit, & quia Gregorius
sui defensione faciebat totum fundamentum in non usu prædictarum consensio-
num, difficultas fuit restricta ad duo. Primum an probaretur dictus non usus, secun-
dum an probatus relevaret.

2 Quo ad primum fuit dictum, constare de non usu, ex pluribus consensibus
spatio septuaginta annorum præstitis post quindecim dies à die missæ, quorum
pia fuit data pro parte Gregorii, nec non etiam ex testibus curialibus, & præditi-
pro ejus parte examinatis, & ex fide septem Notariorum Camerae, hoc idem tes-
tificantium, & ulterius ex decis. Oradni in causa Barchinonen. Canonicius 10. Dis-
bris 1594. 24. Maji 1568. hoc idem per testes usque tunc examinatos affir-
matis.

3 Quibus non obstat visum fuit, quod multi consensus fuerint etiam præditi
intra quindecim dies, unde inferitur istum usum tanquam difformem non suffragari
ti ex allegatis, quia fuit responsum constitutiones habere duas partes; primam
quod consensus debeant extendi infra quindecim dies, alteram quod illis non o-
tensis resignatio sit nulla, & beneficium mortuæ resignante vacet per obitu-
prima pars admittitur variè observata, secunda verò nequaquam, cum non pro-
betur, quod aliquando ob non extensum consensum intra quindecim dies facta
annullata resignatio, ita in proposito respondet Dec. cons. 11. numer. 12. vers. & con-
vandum est.

4 Ulterius fuit dictum, quod quando diversitas reperitur in actibus, qui com-
patiuntur cum consuetudine, talis diversitas non impedit consuetudinem sine de-
suetudinem, quia qui potest extendere post quindecim dies, multò magis
quindecim dies, unde extensio facta intra quindecim non attribuitur oblevantia
constitutionis, sed facultati facientis, ita Dec. post Bart. dicto cons. 11. numer. 12. vers. 3. &
Alexan. cons. 108. numer. 15. volum. 2. Anchar. cons. 339. numer. 7. in fin. vers. ad secundum
Crav. consil. 197. numer. 12. vers. opt. facit Roland. consil. 53. numer. 3. vol. 2. Rotam causa Par-
men. status 14. Martii 1580. coram Robuſſerio relata inter duos, impress. decis. 294. nu-
mer. 6. par. 2.

Non etiam obitare visum fuit, quod in pluribus decisionibus fuerit habitatio istarum constitutionum nempe apud Verall. in manu scripti. 225. lib. 1. Veronen. Sancti Zenonis coram Aldobrandino, qui postea fuit Clemens Papa VIII. de qua inter divers. impress. decis. 215. part. prima, & in alia Veronen. pensionis 27. Iunii 1590. coram Illustriss. Plato, quia in predictis decisionibus minimè fuit actum de non usu predictarum Constitutionum. Nam decisio Verall. firmat tantum constitutionem Clem. esse extravagantem, non autem simplicem regulam Cancellariæ. decis. Clem. Papæ VIII. dictam Constitutionem præsupponendo disputat de intellectu, & ante disputationem super usu causa fuit concordata, ut fuit reperitum in illius annotationibus; decisio coram Illustriss. Plato fuit facta una parte informante, & sic nemine opponente de non usu, & examinati Testes, Rota censuit pro non usu, & in dicta Barchionen. Oradini.

Similiter fuit dictum non obitare, quod Constitutiones adhuc observentur quo ad multa, nempe in descriptione consentum in libris Cameræ, adnotatione missæ, super supplicatione, & similibus; quia fuit responsum non esse novum, quod Constitutio fervetur quo ad aliqua, & quoad alia abeat in deluetudinem. Ruin. conf. 55. in fin. lib. 5. Coru. confil. 20. num. 2. versic. nec etiam obstat lib. 3. Gabr. confil. 78. num. 9. lib. 2. Aragon. decis. 1.

Circa secundam, Domini habebant pro indubitato, quod non usus sive contrarius usus populorum sine consensu Papæ nihil potest operari contra validitatem Constitutionum Apostolicarum, ex latè deductis in Romana concordia S. Petri die 13. Novembris 1609. 11. Januarii. & 12. Februarii 1610. coram Reverendissimo Cavalerio.

Difficultas erat in hoc casu, quod iste non usus fuit observatus in ipsamet Cancellaria Apostolicâ, quæ dicitur organum Papæ. Cassad. decis. 2. num. 7. super reg. de unon. Caf. de Grass. decis. 1. num. 8. de probat. Unde interebatur non solum ad scientiam ipsius Papæ, quæ regulariter inferitur ex scientiâ ejus Officialium. Bart. in L. si Publicanus, §. in omnibus num. 1. ff. de public. & veltig. Cravet. de antiq. temp. par. 4. §. absolutus. nu. 23. Boer. Dec. 264. n. 19. Abb. conf. 64. num. 5. sicum aliis per Sverd. conf. 429. Verum etiam ad consensum qui colligitur tam ex eo, quod quicquid gessit Cancellaria, videtur gestum ab ipsomet Papa, cujus ipsa est Organum ex alleg. supra, & sic ipsamet videtur fuisse, qui legem abrogavit, non subditum dicitur enim factum Papæ, etiam si ipse gesserit cum alio. Feder. confil. 117. num. 2. Vitalm. in Clem. 1. num. 26. de probat. Gabr. conclus. 2. num. 12. eod. tit. Rotam causa Salamantina jurisdictionis. 17. Maji 1577. coram bon. mem. Cardinali Seraphino rotata inter divers. impress. decis. 171. num. 2. par. 1. & in causa Oxoniens. beneficii 24. Octobr. proximi coram me, quàm etiam ex altero, nempe quia iste non usus, sive contrarius usus fuit in Curia Romana infra parietes sacri Palatii. Unde summi Pontifici.

Pontifices ob nullam aliam causam videntur tacuisse, quam quia contentiones prædictas Constitutiones in desuetudinem abire. Et per prædictam rationem non usus, sive contrarius usus fuerit observatus in Cancellaria Apostolica, quæ Organum Papæ, & dictæ Constitutiones fuerint abrogatæ concilii Romani c. Oradini supra allegatis.

9 Cæterum, quatenus prædicta possent pati difficultatem, circa abrogationem dictarum Constitutionum, considerabant Domini, quod Gregorius non intendit stinere, quod dictæ Constitutiones amplius non ligent, imò offert se paratum futurum semper observare, sed dicit, se excusandum à pœna dictarum Constitutionum, propter justam causam, quam ex prædictis habuit, credendi, quatenus essent amplius in usu, siquidem communis error excusat à pœna. *Barthol. in L. 1. §. apud Labeonem. ff. de Edil. edic. cum cumulat. per Roland. consil. 96. num. 1. pluribus sequentibus. lib. 2. Surd. consil. 327. num. 51.*

10 Et pœna videtur esse, quod quis per non extensionem consensus in certum tempore amittat jus sibi delatum ex gratia Apostolica, quem consensus resignans, & dubitatum est, tunc temporis adfuisse, pœna enim est amittere jus quæsitum. *C. de puellis. verb. nullatenus 36. quest. 2. & in cap. fin. verb. ex vi. & Abb. numer. in fin. de iur. Patron. Rom. consil. 236. in princ. Paris. consil. 5. num. 193. vol. 4. Sive. c. 7. num. 13. & 232. num. 9. ad fin.*

11 Et jus dicitur quæsitum per solam signaturam Papæ. *Pui. decis. 94. num. par. 2. Capua. decis. 301. par. 3. fuit dictum in causa Barchinonen. Prioratus. 9. Dec. 1547. coram Mohedanorelata inter divers. impress. decis. 7. lib. 1. part. 3. in Euden. ficu. 9. Maji 1578. coram Illustriss. Blanchetto, qua est 418. num. 3. par. 1. divers. Cusentina Pensionis 13. Januarii 1596. coram bon. mem. Litta, in Pampilonen. tribialis. 21. Aprilis 1610. coram Domino Attrebaten.*

12 Etenim litterarum expeditio, & extensio consensus non fit ad sublimitatem gratiæ, sed ad probationem. *Gemin. consilio. 106. num. 6. vers. in contrarium. Ita decis. 27. n. 3. de rescript. in antiq. Mohed. decis. 9. ut lit. penden. Ferall. decis. 101. par. 2.*

